



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Die xxi. Augusti. In Festo S. Joannæ Franciscæ Fremiot De
Chantal, Ordinis Sanctimonialium Visitationis Sanctæ
Mariæ Fundatricis**

Paderbornæ, 1770

Lectio V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62834)

Sanctitatis non obscuras edidit significaciones. Eam enim vix quinquennem nobilem quemdam Calvinistam solidâ supra ætatem argumentatione perstrinxisse ferunt, collatumque ab eo munusculum flammis illico tradidisse in hæc verba: En quomodo hæretici apud inferos comburentur, qui loquenti Christo fidem detrectant. Matre orbata Deiparæ Virginis tutelæ se commendavit, & famulam, quæ ad mundi amorem eam alliciebat, ab se rejecit. Nihil puerile in moribus exprimens à sæculi deliciis abhortens, martyriumque anhelans religioni, ac pietati impensè studebat. Baroni de Chantal nuptui à Patre tradita virtutibus omnibus excelendis operam dedit, liberos, famulos, aliosque sibi subiectos in fidei doctrina, bonisque moribus imbuere satagens. profusa liberalitate Pauperum inopiam sublevabat, annonâ divinitus non raro multiplicatâ; quo factum est, ut nemini se unquam Christi nomine roganti stipem abnegaturam sponderit.

Rx. Propter veritatem &c.

Lectio V.

Viro in venatione interempto perfectioris vitæ consilium iniens, continentia voto se obstrinxit, Viri necem non
fo-

fo
in
un
el
qu
pa
st
pi
N
ti
re
ol
li
C
se
v
te
co
ti
ri
p
b
re
o
A
v
S

solùm æquo animo tulit, sed in publicum
indultæ veniæ testimonium occisoris fili-
um è Sacro Fonte Suscipere suû victrix
elegit. Modicâ familiâ, tenui victu, at-
que vestitu contenta, pretiosas vestes in
pios usus converfit. Quidquid à dome-
sticis curis supererat temporis, precibus,
piis lectionibus, laborique impendebat.
Nunquam adduci potuit, ut alteras nup-
tias, quamvis utiles, & honorificas ini-
ret. Ne autem à proposito castimoniam
observandæ imposterum dimoveretur. il-
lius voto innovato, sanctissimum Jesu
Christi nomen candenti ferro pectori in-
sculpsit. Ardentiùs indies charitate fer-
vescens pauperes, derelictos, ægros, te-
rerrimisque morbis infectos ad se addu-
cendos curabat; eosque non hospitio tan-
tùm excipiebat, solabatur, fovebat, ve-
rùm etiam sordidas eorundem vestes de-
purgabat, laceras reficiebat, & mananti-
bus fetido pure ulceribus labia admove-
re non exhorrebat.

Rx. Dilexisti justitiam &c.

Lectio VI.

A Sancto Francisco Salesio, quo spiri-
tûs moderatore usa fuit, divinam
voluntatem edocta, proprium Parentem,
Socerum, Filium denique ipsum, quem
etiam